



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

4 A quo, & cui privilegia concedi possunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

n. 8. & lib. 4. in Decalog. cap. 48. Ratio quare hæc acceptatio sufficiat, est, quia hæc sufficit ad constituendam validam, & firmam quamlibet aliam donationem. Ergo & priuilegium. Consequenter est legitimum, quia priuilegij concessio est quædam donatio. Antecedens probatur, quia inter voluntatem donantis priuilegium, & recipientis illud, debet esse aliqua ratio & respectus: at hic sufficienter intercedit, si nomine tuo alius accipiet; ea enim, quæ alius nomine tuo facit, tu facere censetur. Quapropter in l. 5. tit. 4. p. 5. hoc necessarium ad donationem, vel promissionem requiritur, tibi mensjero cierto, que le imbie a desir se, aludemente lo que le da, & in l. 3. tit. 11. part. 5. ibi, embiando a prometer, o desir por su carta firmada, o por su mensjero cierto, & multis allegatis docet Sanchez illo lib. 1. de matr. disp. 6. n. 2. Ex quo si validum esse priuilegium a puncto acceptationis per te, vel per tuum nuntium, procuratorem, aut litteras factas. Quod autem alia acceptatio non sufficiat, probatur, quia acceptatio, quæ a te immediatè vel mediatè per nuntium aut procuratorem non fit, tibi tibi non potest Quocirca si tibi absenti Titius concederet priuilegium aliquod, & Petrus, qui neque est tuus nuntius, neque procurator, neque haberet id mandatum, acciperet, nulla esset talis acceptatio, quia reputari non potest tua, eo quod nomine tuo facta non fuerit, si autem ipse Petrus non missus a donante, sed sua sponte tibi nuntiat concessioem à Titio factam, & tu acceptares, est Gregorius Lopez l. 2. verbo no lo puede, tit. 4. part. 5. & Azuado lib. 5. recopil. tit. 16. l. 2. n. 20. affirmant valeret cum communis sententia tenendum est esse inuadendam, nec locum esse factam; quia illa non est acceptatio donationis factæ, non enim censetur facta, quousque donans, donatio, vel alicui nomine ipsius manifeste, sic Capius multis relictis decis. 180. num. 9. Sanchez lib. 1. disp. 6. num. 3. Ex his plures illationes inferunt Sanchez, & Bonacina supra, sed & ex doctrina posita manifeste sunt.

11 Temperat tamen supradictam doctrinam Vasq. de legib. disp. 156. cap. 4. n. 31. & 32. Sicut lib. 8. de legibus, c. 25. n. 25. ut procedit in priuilegiis, quæ factum habere possunt sine operatione priuilegij, licet veto de priuilegiis, quæ secum inuoluunt legis communis dispensationem; de his enim censent non valere, quamvis nuntius, vel procurator accipiat, quousque priuilegij notitiam illius habeat. Probant, quia hoc priuilegium, & dispensatio legis est, ut licitè facias, quod aliis tibi illicitum erat, sed hoc obtinere non potes, quousque illius priuilegij notitiam habeas. Ergo non censetur vique tunc priuilegium concessum.

12 Sed rejicienda est hæc limitatio, ut eam rejicit Sanchez lib. 4. in Decalog. c. 48. n. 9. & Bonacina disp. 1. quæst. 2. punct. 3. num. 15. cum Syluest. verb. priuilegium, quæst. ult. Ratio est, quia concedens tibi priuilegium dispensationem legis, non intendit te à legis obseruatione eximere per se, & ut priuilegij. Sed hæc exemptio fieri potest, est ut illum ignores. Ergo ignorantia tui valori priuilegij oblatæ non potest. Minorum probat. Lex legitime publicata potens est ligare ignorantes, est ipsi à legis obseruatione excusatur. Ergo priuilegium legitime publicatum, & acceptatum eximunt ignorantes à legis obligatione, est ipsi ob ignorantiam lege obligentur. Hæc enim ignorantia est per accidens, & non per se, quam Princeps non attendit. Et confirmo ex his, quæ admittunt Suarez, & Vasquez: hi enim dicunt, si tibi concedatur priuilegium, ne excommunicatione Ordinarij ligari possis, esse validum priuilegium, à tempore, quo tuus procurator accepit, est tu illius ignoras sis; quia hoc priuilegium non petit in se aliquid vsum sed potius tollit vsum facultatis Ordinarij te excommunicandi. Item dicunt, si tibi concedatur facultas colligendi decimas ex aliquo loco, valere priuilegium à tempore concessiois, & acceptationis factæ per tuum procuratorem, quia, ut statum sis dominus, non est necesse, ut decimas colligas ante notitiam priuilegij. At ex his exemplis non leuiter confirmatur solita sententia, & contraria infirmatur. Fundamentum enim contrarium eo tendebat, ut probaret non esse intentionem concedentis priuilegium dispensationem legis, quousque ilius notitiam habere possis; quia illo priuilegio legislator intendit licitum, & honestum vsum in priuilegiato, sed hæc ratio in supradictis exemplis æquè procedit: ideo enim eximere te excommunicatione Ordinarij, ut licitè procedere possis illa non firmitas; & habes ius decimandi ut sine peccato colligere decimas possis; sed hæc intentio est de facto non habet effectum ob ignorantiam priuilegiati, non obstat horum priuilegiorum vaorij. Ergo neque etiam obstat priuilegiis dispensatiuis. Et confirmo: matrimonium contractum per procuratorem validum est, & ad licitum copulæ vsum ordinatur, & tamen illo uti non potes, quousque per te illius notitiam habeas; & generaliter quælibet donatio per procuratorem acceptata ius tribuit donatio utendi te donata: & nihilominus illa uti non potest, quando ignorat donationem. Ergo sicut hæc impotentia non obstat vaori donationis: ita neque valori cuiusvis priuilegij, quia super censetur hæc impotentia per accidens, & non orta ex ratione priuilegij, & manifestationis illius, si que fit satis fundamento contrario.

13 Sed obijcies: Priuilegium tibi concedens exemptionem à lege nullius effectus est, dum priuilegium ignoras, quia de facto à lege non eximeris. Ergo non est verissime valorem habere, quousque ad tuam notitiam deueniat?

Respondet id in argumentum fieri posse in lege, probatque legem non habere valorem in subditis ignorantibus quare cum tibi necessarium dicendum sit ignorantiam esse per accidens ad legis valorem: sic dicendum est in priuilegio acceptato. Præterea multiplex effectus ex valore priuilegij oritur. Primo, si lex in qua dispensatur, non solum erat prohibens, sed irritans actum, & de facto positio priuilegio actum operaris, valeret actus, quamvis ex ignorantia peccatum commiseris. Hac enim ratione, si tibi habeat impedimentum contrahendi matrimonium concedatur dispensatio Romæ, & tuus procurator accipiat, & sub probabilitate illius, est ignorans, contra his, peccas; at matrimonium tenet. Et idem est de iurisdictione concessa ad absolouendum, & de omni alio priuilegio. Si autem priuilegium solum det licitum vsum, quia lex, in qua dispensatur, solum erat prohibens, potest deseriuit, si habeat excommunicationem, aut reclusionem annexam, ne in illam incurras; & dato non obtineri effectum à superiore intentum, id est per accidens ex tua ignorantia, non ex ratione priuilegij, quod sufficienter censetur promulgatum, dum tuo procuratori intimatum fuit, & ab illo tuo nomine acceptatum.

PUNCTVM IV.

A quo, & cui priuilegia concedi possit.

- 1 Nullus alius præter legislatorem priuilegium concedere potest.
- 2 Neque aliis, nisi subditis possunt priuilegia concedi.

Regula est, nullum alium præter legislatorem posse priuilegia concedere. Et quidem de priuilegio dispensatio legis res est manifesta, quia nullus alius præter legislatorem, aut superiorem illo, potest propria auctoritate in lege dispensare. Si autem de priuilegio concessio facultatis extra ius commune, vel municipale loquamur, probatur non posse ab alio concedi, quam à legislatore; quia nullus alius potest legem ferre obligantem subditos præter legislatorem: at concedens hoc priuilegium, simul etiam fert, vel ferre potest legem obligantem, ne priuilegium impediatur in vtu priuilegij, alius priuilegium non erit lex priuata: ergo necessarium dimanare debet priuilegium à legislatore, & ita tenet alios referens Suarez lib. 8. c. 8. n. 1. Dalas disp. 17. sect. 3. à n. 37. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 3. n. 1. Azor 1. p. lib. 5. cap. 22.

Quocirca omnes illi, & soli, qui potestatem habent legislatiuam, possunt priuilegia concedere; & hæc circa materiam sibi subiectam, & circa quam legem ferre possunt. Quapropter Pontifex, & Rex potest concedere priuilegium derogans iuri communi; Episcopus vero, & magistratus iuri solum à se statuto. Item Pontifex, & Rex possunt concedere priuilegia circa materiam sibi subiectam, quæ in illa est; Episcopus vero, & magistratus solum in materia, quæ illis subicitur, & circa cuius obseruationem subditos cogere possunt: sic tenent supradicti Doctores.

2 Ex quibus constat, quibus personis concedi possunt priuilegia; si enim priuilegia sint dispensatiua legis, solum subditis, qui lege arctantur, possunt concedi: si autem sint facultatis concessio, non solum subditis, sed etiam non subditis, concedi possunt; potest enim Rex clericis, tam naturalibus quam exteris, & quibuscumque forensibus, permittere aliquos contratus in suo regno, qui aliis sunt prohibiti. Item potest permittere extirpare ex regno arma, cibos, & alia, quæ subditis prohibentur. Ergo priuilegium concessio facultatis non subditis dari potest. Ratio est, quia per huiusmodi facultatem, & priuilegium non arctatur priuilegiatus ad vsum illius, sed libere omittere potest. Ergo sicut est capax cuiusvis donationis, capax etiam est huius priuilegij. At quia priuilegium inuoluit respectu aliorum, qui priuilegiati non sunt, rationem legis obligantis, ne priuilegiatum in vtu priuilegij impediatur, ideo hæc priuilegia concessa à Principe non subditis, debent esse de materia, quæ Principi est subiecta, & circa quam subditos cogere potest: sic Doctores supra relati.

PUNCTVM V.

An in concessione priuilegij causa aliqua requiratur.

- 1 Ad licitam concessioem semper causa requiritur.
- 2 Secus ad eius valorem, nunquam tamen sic datur præsumitur.

SENTE esse potest de valore priuilegij, vel de licita illius concessioe. Si de licita illius concessioe loquamur, semper